

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo CXXIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

usus cupiditatum suarum conferant. pro quibus sanguis fusus est xpi. Cuius amor in eo qui pascit oues eius. in tam magnum debet spiritalem esse cere ardorem. ut uincat etiam mortis naturalem timorem quo mori uolumus & quando cum xpo uiuere uolumus. Nam & apostolus paulus dicit se habere concupiscentiam dissolui & esse cum xpo. Ingemescit tamen grauitus & non uult spoliari sed super uestiri ut absorbeatur mortalitatis & uita. & huic dñi dilectori suo. Cum senueris inquit extendes manus tuas & alius te cinget & ducet quo tu non uis. hoc enim ei dixit significans quia morte glorificaturus erat dñm; extendes inquit manus tuas. hoc est crucifigeris; ad hoc autem ut uenias alius te cinget & ducet non quod uis. sed quod non uis; prius dixit quod fieret & deinde quomodo fieret. non enim crucifixus sed utiq. crucifigendus quo nollet & est ductus. nam crucifixus non quod uolebat abire sed potius quo uolebat. solutus quippe a corpore uolebat esse cum xpo. sed si fieri possit praeter mortis molestiam uitam concupiscebat aeternam. ad quam molestiam nolens ductus est. nolens ad eam uenit. sed uolens eam uicere. & reliquit hunc infirmitatis affectum quo nemo uult mori. usq. adeo naturalem ut eum beato petro nec senectus auferre potuerit. cui dictum est. cum senueris duceris quo non uis; propter nos consolandos & iam in se transfigurauit ipse saluator dicens. pater si fieri potest transeat a me calix iste. qui utiq. mori uenerat. nec habebat mortis necessitatem sed uoluntate. potestate positurus animam suam & rursus eam potestate sumpturus; sed molestia quanta cumq. sit mortis. debet eam uincere uis amoris. quo amatur ille qui cum sit uita nostra. & iam mortem uoluit perferre pro nobis. Nam si nulla esset mortis uel parua molestia. non esset tam magna martirum gloria; sed si pastor bonus qui posuit animam suam pro ouibus suis. ex ipsis ouibus tam multos sibi martires fecit. quanto magis debent usq. ad mortem pro ueritate certare & usq. ad sanguinem aduersus peccatum. quibus oues ipsas pascendas. hoc est docendas. regendasq. committit. ac per hoc praecedente passionis eius exemplo. quis non uideat magis debere imitando pastori haerere pastores. si eum multe & iam imitate sunt oues. sub quo pastore uno in grege. uno & pastore ipsi sunt oues. Omnes quippe fecit suas oues. pro quibus est omnibus passus. quia & ipse ut pro omnibus pateretur. ouis est factus.

**INCIPIT SERMO CXXIII. DE EO QUO DIXIT ET HOC  
CUM DIXISSET DICITE MI SEQUERE ME USQ. AD FINEM**

si ab ea uoluit  
eductus.

**N**on parua quaestio est cur apostolo p̄tro quando se tertio  
 manifestauit discipulis. dixerit dñs. sequete me. de apostolo au  
 tem iohanne. sic eum uolo manete donec ueniam. quid ad te. huic ques  
 tionum quantum dñs ipse donauerit. siue per tractandam. siue soluendae  
 sermonem nouissimum operis huius inpendimus. cum ergo praenun  
 tiasset dñs p̄tro quam morte clarificaturus esset dñm. Dicit ei sequete me.  
 conuersus p̄rus uidit illum discipulum quem diligebat ih̄s sequentem.  
 qui & recubuit incena super pectus eius. & dixit dñe quis est qui tradet  
 te. huc ergo cum uidisset p̄rus dicit ih̄s. hic autem quid. Dicit ei ih̄s.  
 sic eum uolo manete donec ueniam. quid ad te. tunc sequete. exit ergo  
 sermo iste in fratres quia discipulus ille non moritur. & non dicit ih̄s.  
 non moritur. sed sic eum uolo manete donec ueniam. quid ad te. ecce  
 quousq. in hoc euangelio extenditur quaestio quae sua profunditate  
 non mediocriter mentem scrutantis exercet. Cur enim dicitur p̄tro.  
 sequete me. nec dicitur ceteris qui simul aderant. & profecto eum sicut  
 magistrum discipuli sequebantur. sed si ad passionem intellegendum est.  
 numquid solus pro xp̄iana ueritate passus est p̄rus. nonne ibi erat in  
 illis septem alius filius zebedaei frater iohannis. qui post eius ascensionem  
 ab herode manifestatur occisus. uerum aliquis dixerit. quoniam iacobus  
 non est crucifixus. merito dictum esse p̄tro. sequete me. quoniam non so  
 lum mortem. sed & iam mortem crucis sicut xp̄s expertus est. si h̄. si  
 nihil aliud quod sit conuenientius potuerit inueniri. Cur ergo de io  
 hanne dictum est. sic eum uolo manete donec ueniam. quid ad te. & re  
 p̄tum est. tunc sequete. Tamquam ille ideo non sequetur. quoniam eum  
 manete uoluit donec ueniat. quis facile aliud dictum esse credit. quam  
 quod fratres crediderant qui tunc erant. eo quod scilicet non esset dis  
 cipulus ille mortuus. sed donec ih̄s ueniret ista maneret inuita. sed  
 hanc opinionem iohannes ipse abstulit. non hoc dixisse dñm aperta  
 contradictione declarans. Cur enim subiungeret. non dicit ih̄s. non  
 moritur. nisi in hominum cordibus quod falsum fuerat inhaereret. sed  
 cui placet. adhuc resistat & dicat uerum esse quod ait iohannes. non di  
 xisse dñm quod discipulus ille non moritur. sed hoc tamen significa  
 tum esse talibus uerbis qualia eum dixisse narrauit. & asserat iohannem  
 apostolum uiuere. atq. in illo sepulchro eius quod est apud ephesum. dor  
 misse potius eum quam mortuum iacere contendat. assumat in irgumen  
 tum quod illic terra sensim scatere & quasi ebullire perhibetur atq. hoc  
 eius anhelitu fieri. siue constanter siue per tinaciter asseueret. Non

enim possunt de esse quicquidant. si non desunt qui & iam moysen asse-  
rant uiuere. quia scriptum est eius sepulchrum non inueniri & appa-  
ruit cum dno in monte ubi & helias fuit. quem mortuum legimus non ee  
sed raptum. quasi moysi corpus non potuerit alicubi sic abscondi. ut pror-  
sus homines lateret ubi esset. atq. inde ad horam diuinitus excitari quan-  
do cum xpo helias & ipse sunt uisi sicut ad horam multa scorum corpora  
surrexerunt quando passus est xps & post eius resurrectionem appa-  
ruerunt multis in sca sicut scriptum est ciuitate. sed tamen ut dicere  
coeperam. si quidam moysen mortuum negant. quem scriptura apsa  
ubi sepulchrum eius nusquam inueniri legimus. mortuum tamen  
esse sine ulla ambiguitate testatur. quanto magis iohannes existoru  
occasione uerborum ubi dicit. sic eum uolo manere donec uenio.  
Credatur uiuus dormire sub terra. quem tradunt quod & iam in qui-  
busdam scripturis quamuis apocryphis repperitur. quando sibi fieri  
iussit sepulchrum. in columen fuisse praesentem. eoque effosso & dili-  
gentissime praeparato. ibi eum se tamquam in lectulo conlocasse.  
statimq. esse defunctum; ut autem isti putant qui haec uerba dnm sic  
intellegunt non defuncturo sed defuncto similem cubuisse. & cum  
mortuus putaretur. sepultum fuisse dormientem & donec xps ueniat  
sic manere. suamq. uitam scaturigine pulueris indicat. qui puluis  
credatur ut ab imo ad superficiem tumuli ascendat. flatu quiescen-  
tis impellit. huic opinioni super uacante eum existimo reluctari. uide-  
runt enim qui locum sciunt. utrum hoc ibi faciat uel patiat terra qd  
dicitur. quia & reuera non a leuibus hominibus id audiuimus. interim  
cedamus opinioni quam certis documentis refellere non ualemus. ne  
rursus aliud quod a nobis quaeratur exurgat. & tur super humatum  
mortuum ipsa humus quodammodo uiuere ac spirare uideatur. sed  
numquid hinc tanta ista soluitur quaestio. si magno miraculo qualia  
potest facere omnipotens. tam diu uiuum corpus in sopo sub terra e  
donec ueniat terminus saeculi. quin immo fit amplior & difficilior.  
utur discipulo ihu quem praeceteris diligebat. in tantum ut super pec-  
tus eius discumbere mereretur. pro magno munere longum in corpore  
donauerit somnum. cum betum per & rum per ingentem martiri  
gloriam ab onere ipsius corporis soluerit. eiq. concesserit quod apos-  
tolus paulus se concupisse dixit & scripsit. dissolui & esse cum xpo.  
si autem quod magis creditur. ideo scilicet iohannes ait. non dixisse dnm  
non moritur. ne illis uerbis qua edixit. hoc uoluisse intellegi putaretur.

corpusq. eius in sepulchro eius exanime sicut aliorum mortuorum  
 iacet. restat ut si uere ibi sit quod sparsit fama de terra quae subinde  
 ablata succrescit. aut ideo fit ut eomodo commendetur pretiosa mors  
 eius. quoniam non eam commendat martyrium. non eum pro fide christi per  
 sequitor occidit. aut propter aliquid aliud quod nos latet. manet tam  
 quaestio. cur dixerit dominus de homine morturo. sic eum uolo manere  
 donec ueniam. illud etiam in his duobus apostolis petro & iohanne quae  
 non mouet ad quaerendum. cur iohannem plus dilexerit dominus. cum  
 ipsum dominum plus dilexerit petrus. ubicumque enim se commemorat iohan  
 nes. ut nomine suo tacto ipse possit intellegi. hoc addit quod eum dili  
 gebat ihesus. quasi solum diligeret. ut hoc signo discernetur ac ceteris  
 quos omnes utique diligebat. quid ergo nisi amplius se dilectum cum hoc  
 diceret. uolebat intellegi. quod absit ut mendaciter diceret. quod autem  
 maius dare potuit ihesus maioris erga eum suae dilectionis indicium.  
 quam ut homo cum ceteris condiscipulis suis socius tantae salutis. so  
 lus tamen discubuerit super pectus ipsius saluatoris. porro quod apos  
 tolus petrus plus aliis dilexit christum. possunt quidem documenta mul  
 ta proferr; sed ut longe in alia non eamus. ipsius tertiae manifesta  
 tionis domini paulo superiore lectione quae istam praecedit. satis euide  
 ter appareat. ubi interrogans eum dixit. Diligisne plus his. quod utique  
 sciebat. & tamen interrogabat. ut etiam nos qui legimus euangelium.  
 amorem petri erga dominum & illo interrogante & isto respondente nos  
 semus. quod autem in eo quod respondit petrus. amo te. non addidit.  
 plus his. hoc respondit quod se ipso sciebat. non enim quantum ab alio  
 quolibet diligetur scire poterat. qui cor alterius uidere non poterat.  
 sed tamen superioribus uerbis dicendo. etiam domine tu scis. satis & ipse  
 declarauit scientem dominum interrogasse quod interrogauit. sciebat  
 igitur dominus non solum quod diligeret. uerum etiam quod plus illis eum  
 diligeret petrus. & tamen si proponamus quaerentes quis duorum sit  
 melior. utrum qui plus. an qui minus diligit christum. quis dubitabit res  
 pondere. eum qui plus diligit esse meliorem. Item si proponamus quis  
 duorum sit melior. utrum quem minus. an quem plus diligit christus. eum  
 qui plus diligitur a christo. meliorem procul dubio respondebimus. in illa  
 ergo comparatione quam prius posui. petrus iohanni. in hac uero altera  
 iohannes ante ponitur petro. proinde tertiam sic proponimus. quis  
 est duorum discipulorum melior. qui minus quam condiscipulus eius  
 diligit christum. & plus quam condiscipulus eius diligitur a christo. an ille

quem minus quam condiscipulum eius diligit xpi. cum plus ipse quam  
suus condiscipulus diligat xpm. hic plane cunctatur responsio. & iuge  
tur quaestio. quantum autem ipse sapio. meliorem qui plus diligit xpm.  
feliciter uero quem plus diligit xpi. facile respondeat. si iustitia  
liberatoris nostri minus eum diligens. a quo plus diligitur. & eum plus  
a quo minus diligitur. quem ammodum defendere per uiderem. ad  
grediar igitur in eius manifesta misericordia. cuius est occulta iustitia  
desolanda quaestione tam ingenti prouiribus quas ipse donauerit  
disputare. hucusque enim proposita est. Exponenda uero eius hoc sit  
in exposita; exordium. ut meminerimus in hoc corruptibili corpore quod aggra  
uat animam. uitam nos miseram uiuere. sed qui iam redempti per medi  
atorem sumus. & spm scm pignus accepimus. beatam uitam in spe haberi  
& si re ipsa nondum tenemus. sper autem quae uidetur. non est spes.  
quod enim uidetur quis quid & sperat. si autem quod non uidemus spe  
ramus. per patientiam expectamus. In malis autem quae quisque patitur.  
non in bonis quibus fruitur opus est patientia. hanc itaque uitam de qua  
scriptum est. Numquid non temptatio est uita humana super terram.  
in qua cotidie clamamus ad dm. libera nos a malo. Cogitur homo tole  
rare & iam remissis peccatis. quamuis ut in eam ueniret miseriam pri  
mum fuerit causa peccatum. productior est enim poena quam culpa.  
ne parua putaretur culpa. si cum illa finiret & poena. ac per hoc uel  
ad demonstrationem debitae miseriae. uel ad emendationem labilis  
uitae. uel ad exercitationem necessariae patientiae. Temporaliter  
hominem dicitur in poena. & quem iam ad damnationem sempiternam  
reum nondum in culpa. haec est istorum dierum quos in hac morta  
litate agimus malos. quamuis in eis diligamus uidere dies bonos. flen  
da quidem sed non reprehendenda conditio. uenit enim de ira di  
iusta. de qua scriptura loquens. Homo inquit natus & muliere breuis  
uitae & plenus irae. Cum irae di non sit ut hominis. id est per turbatio  
concitati animi. sed tranquilla iusti supplicii constitutio. in hac ira  
sua di non continens. sicut scriptum est. miseratione sua si praeter  
alia solacia miserorum quae generi humano praebere non cessat. in  
plenitudine temporis quo ipse sciebat hoc esse faciendum. Misit fili  
um suum unigenitum per quem creauit uniuersa. ut manens di fi  
eret homo & esset mediator di & hominum. homo xpi ihu. in quem  
credentes per lauacrum regenerationis soluto reatu omnium peccato  
rum. & originalis uidelicet quod generatio trahit. contra quam maxime

regeneratio est instituta. & ceterorum quae male agendo contracta sūt.  
 liberarentur ad damnatione perpetua & uiuerent infide & spe & caritate.  
 peregrinantes in hoc saeculo atq; in eius temptationibus laboriosis & pe-  
 riculosis; consolationibus autem dī & corporalibus & spiritalibus ambula-  
 rent ad conspectum eius. uiam tenentes quod eis factus est xps; & quia  
 in ipso quoq; ambulantes non sunt sine peccatis quae de huius uite infir-  
 mitate subrepunt. Dedit elemosinarum remedia salutaria. quibus eo-  
 rum adiuuarunt oratio. ubi eos dicere docuit. Dimitte nobis debita  
 nostra. sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; hoc agit ecclesia.  
 spe beata in hac uita aerumnosa. cuius ecclesiae p̄rus. ap̄stolus prop-  
 ter ap̄stolatū sui primatum gerebat. figurata generalitate personam;  
 quod enim ad ipsum proprie pertinet. natura unus homo erat. gratia  
 unus xp̄ianus. abundantiose gratia unus idemq; primus ap̄stolus;  
 sed quando ei dictum est. tibi dabo clauēs regni caelorum & quodcumq;  
 ligaueris super terram. erit ligatum & in caelis. & quodcumq; solueris  
 super terram. erit solutum in caelis. uniuersam significabat ecclesiam.  
 quae in hoc saeculo diuersis temptationibus uelut imbribus. fluminibus.  
 tempestatibus quatitur & non cadit quoniam fundata est super p̄rum.  
 unde p̄rus nomen accepit; non enim ap̄ro p̄ra. sed p̄rus ap̄ra.  
 sicut non xps xp̄iano. sed xp̄ianus a xp̄o uocatur; Ideo quippe ait  
 dñs. super hanc p̄ram aedificabo ecclesiam meam. quia dixerat p̄rus.  
 Tu es xps filius dī uiui. Super hanc ergo inquit p̄ram quam confes-  
 sus es. aedificabo ecclesiam meam; p̄ra enim erat xps. super quod fun-  
 damentum & iam ipse aedificatus est p̄rus; fundamentum quippe ali-  
 ud nemo potest ponere praeter id quod positum est. quod est xps ihs;  
 ecclesia ergo quae fundatur in xp̄o. clauēs ab eo regni caelorum acce-  
 pit in p̄ro. id est potestatem soluendi ligandiq; peccata; quod est  
 enim per proprietatem in xp̄o ecclesia. hoc est per significationem  
 p̄rus in p̄ra. qua significatione intellegitur xps p̄ra. p̄rus eccle-  
 sia; haec igitur ecclesia quam significabat p̄rus. quamdiu degit in  
 malis. amando & sequendo xp̄m liberatur a malis; magis autem sequi-  
 tur in eis qui certant pro ueritate usq; ad mortem; sed uniuersitati  
 dicitur. sequere me. pro qua uniuersitate passus est xps. de quo dicit  
 idem p̄rus. xps pro nobis passus est. relinquens nobis exemplum  
 ut sequamur uestigia eius; Ecce propter quod ei dictum est. sequere  
 me. est autem alia uita immortalis quae non est in malis. ibi fa-  
 cie ad faciem uidemus quod hic per speculum & in enigmate uidetur.

quando multum inconspicienda ueritate proficitur; Duae itaq. uitae  
sibi diuinitus praedicatae & commendatae nouit ecclesia, quarum est  
una infide, altera in specie; una in tempore peregrinationis, altera in ae-  
ternitate mansionis; una in labore, altera in requie; una in uia, altera in  
patria; una in opere actionis, altera in mercede contemplationis; una de-  
clinat a malo, facit bonum; altera nullum habet a quo declinet a malo &  
magnum habet a quo fruatur bonum; una cum hoste pugnat, altera sine  
hoste regnat; una fortis est in aduersis, altera nihil sentit aduersi; una  
carnales libidines frenat, altera spiritualibus delectationibus uacat; una  
est uincendi cura sollicita; altera uictoriae pace securae; una in tempta-  
tionibus adiuuatur, altera sine ulla temptatione in ipso adiuto laetatur;  
una subuenit indigenti, altera ibi est ubi nullum inuenit indigentem;  
una aliena peccata ut sua sibi ignoscantur ignoscit, altera nec patitur  
quod ignoscat, nec facit quod sibi poscat ignosci; una flagellatur malis  
ne extollatur in bonis, altera tanta plenitudine gratiae caret & omni  
malo ut sine ulla temptatione superbiae cohaereat summo bono; una  
bona & mala discernit, altera sola quae bona sunt cernit; ergo una bona  
est, sed adhuc misera; altera melior & beata; ista significata est per apos-  
tolum per uerbum; illa per iohannem; tota hic agitur ista usq. in huius  
saeculi finem & illic inuenit finem; differitur illa complenda post  
huius saeculi finem, sed in futuro saeculo non habet finem; ideo dicitur  
huic, sequere me; De illo autem, sic eum uolo manere donec ueniam  
quid ad te, tunc sequere; quid enim est hoc <sup>quarta capto</sup> quantum sapio; quid est  
hoc <sup>nisi</sup> tunc sequere; per imitationem perferendi temporalia mala;  
ille maneat donec sempiterna uenio redditurus bona; quod aper-  
tius ita dici potest; perfecta me sequatur actio informata meae pas-  
sionis exemplo; in coeta uero contemplatio maneat donec uenio perfi-  
cienda; cum uero sequitur <sup>quarta</sup> xpm perueniens usq. ad mortem  
plena plenitudo patientiae; manet autem donec ueniat xps; tunc mani-  
festanda plenitudo scientiae; hic quippe tolerantur mala huius mundi  
in terra morientium, ibi uidebuntur bona dñi in terra uiuentium; quod  
enim ait, uolo eum manere donec ueniam; non sic intellegendum est  
quasi dixerit, remanete uel permanete, sed expectate, qm̄ quod per  
eum significatur; non utiq. nunc, sed cum uenerit xps implebitur;  
quod autem per hunc significatur cui dictum est, Tunc sequere, nisi  
nunc agatur; non peruenietur ad illud quod expectatur; in hac aute-  
actua uita quanto magis xpm diligimus, tanto facilius liberamur a malo;



at ipse nos minus diligit quales nunc sumus. & hinc ideo liberat ne semp  
 tales simus; ibi uero amplius nos diligit. quoniam quod ei displiceat & quod  
 a nobis auferat non habebimus. Nec ob aliud hic nos diligit. nisi ut sancti  
 & transferat ab his quae non diligit; hic ergo minus ubi non uult remane  
 amus. ibi amplius quo uult transeamus & unde non uult pereamus. Am &  
 ergo eum per uisus. ut ab ista mortalitate liberemur. Am & ur ab eo iohannes.  
 ut in illa immortalitate seruemur. Sed ista ratione illud ostenditur cur  
 amplius iohannem quam per uisus amauerit xps. non cur amplius per uisus  
 quam iohannes amauerit xpm. Neq. enim si plus nos diligit xps in futuro  
 saeculo. ubi cum illo sine fine uiuemus. quam in isto unde erumur. ut illic  
 semper simus. propterea nos tunc eum minus dilecturi sumus quando me  
 liores erimus. cum meliores utiq. nisi amplius eum diligendo nullomodo  
 esse possimus. Cur ergo iohannes minus eum diligebat quam per uisus.  
 si eam uitam significabat in qua est multo amplius diligendus. nisi quia  
 propterea dictum est. uolo eum manere. id est expectate donec uenio.  
 quoniam & ipsum amorem qui tunc multo amplior erit. nondum habemus.  
 sed futurum expectamus. ut cum ipse uenerit habeamus. nam sicut in  
 epistola sua idem dicit apostolus. nondum apparuit quod erimus. scilicet  
 quoniam cum apparuerit. similes ei erimus. quoniam uidebimus eum sicuti est.  
 Tunc ergo amplius quod uidebimus diligemus; ipse autem dñs illum que  
 futura est uitam nostram qualis in nobis futura sit sciens. praedestina  
 one plus amat. ut ad eam nos amando perducit; quo circa quoniam uniuersae  
 uiae dñi misericordia & ueritas. In miseriam nostram praesentem no  
 uimus. quia sentimus. & ideo misericordiam dñi quam nobis de miseria  
 liberandis exhiberi uolumus. plus amamus. eam que cotidie maxime  
 pro peccatorum remissione poscimus & habemus; hoc per per uisus signi  
 ficatum est plus amantem sed minus amatum. quia minus nos amat xps  
 miseros quam beatos; ueritatis autem contemplationem qualis tunc  
 futura est minus amamus. quia nondum nouimus ne habemus; haec  
 per iohannem significata est minus amantem. atq. ideo ad ipsam & ad  
 eius in nobis amorem qualis ei debetur implendum donec ueniat dñs  
 expectantem. sed plus amatum. quia id quod per illum figuratum. e.  
 hoc efficit beatum. Nemo tamen istos insignes apostolos separa; & in  
 eo quod significabat per uisus. ambo erant. & in eo quod significabat iohan  
 nes. ambo futuri erant. significando sequebatur iste. manebat ille.  
 Credendo autem ambo mala praesentia huius miseriae tolerabant.  
 ambo futura bona illius beatitudinis expectabant; nec ipsi soli sed

uniuersa hoc facit sc̄a ecclesia sponsa xp̄i ab istis temptationibus eruenda  
in illa felicitate seruanda. Quas duas uitas p̄rus & iohannes figurauerunt  
singuli singulas; uerum & in hac temporaliter ambulauerunt ambo per fidē  
& illa in aeternum fruuntur ambo per speciem. Omnibus igitur sc̄is ad xp̄i  
corpus inseparabiliter pertinentibus; propter huius uitae procellosissime  
gubernaculum ad liganda & soluenda peccata clauēs regni caelorum pri  
mus apostolorum p̄rus accepit. eisdemq; omnibus sc̄is propter uitae illius  
secreta & quidissimum sinum super pectus xp̄i iohannes euangelista  
discubuit. qm̄ nec iste solus; sed uniuersa ecclesia ligat soluitq; peccata.  
nec ille in principio uerbum dñi apud dñm & cetera de xp̄i diuinitate & de  
totius diuinitatis trinitate atq; unitate sublimia quae in illo regno facie ad  
faciem contemplanā. Nunc autem donec ueniat dñs. in speculo atq; in  
enigmatē contuenda sunt. quae praedicando ructar & de fonte dominici  
pectoris solus bibit. sed ipse dñs ipsum euangelium pro sua cuiusq; capaci  
tate omnibus suis bibendum toto terrarum orbe diffudit; sunt qui sēse  
rint. & hi quidem non contemnibiles sacri eloqui tractatores. xp̄o iohā  
nem apostolum propterea plus amatum. quod neq; uxorem duxerit. &  
ab ineunte pueritia castissimus uixerit; hoc quidem in scripturis canon  
icis non euidenter apparē; uerum tamen id quoq; multum adiuuat con  
gruentiam huius sententiae. quod illa uita per eum significata est ubi  
non erunt nuptiae. hic est discipulus qui testimonium perhibet de his  
& scripsit haec. & scimus quia uerum est testimonium eius. sunt autem  
inquit & alia multa quae fecit ih̄s. quae si scribantur per singula. nec ipsū  
arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros; non spatio  
locorum credendum est mundum capere non posse. quae in eo scribi  
quomodo possent scripta non ferret. sed capacitae legentium con  
prehendi fortasse non possent. quamuis salua rerum fide plerūq;  
uerba excedere uideantur fidem. quod non fit quando aliquid qd  
erat obscurum uel dubium causa & ratione reddita exponitur. sed  
quando id quod aper tum est uel augetur uel extenuatur. nec iam  
a tramite significandae ueritatis erratur. qm̄ sic uerba rem que  
inducatur excedunt. ut uoluntas loquentis nec fallentis appareat  
qui nouit quo usq; credatur a quo ultra quam credendum est uel  
minuitur loquendo aliquid uel augetur. hunc loquendi modum gre  
co nomine non solum grecarum. uerum & iam latinarum litterarum  
magistri yperbolen uocant. qui modus sicut hoc loco ita in non  
nullis aliis diuinis litteris inuenitur. ut est. posuerunt in caelo or



suum & uerticem capilli perambulatum indelictis sunt & multa  
huiusmodi quae scripturis sanctis non desunt. sicut alii tropi hoc est lo  
quutionum modi de quibus operosius disputarem. nisi euangelista  
terminante euangelium suum & iam ipse compelleret meum terminare  
sermonem.

... xpi dicitur...  
... pater dicitur...  
... ambulantium...  
... omnia...  
... uerba...  
... regni...  
... iohannes...  
... solus...  
... dicitur...  
... regno...  
... malo...  
... hominibus...  
... profectus...  
... diffusi...  
... triumphus...  
... dicitur...  
... captiui...  
... ad...  
... facti...  
... sunt...  
... regulas...  
... non...  
... uel...  
... agendum...  
... fidei...  
... aliquid...  
... aponit...  
... mutatur...  
... sic...  
... fallent...  
... am...  
... unclod...  
... am...  
... fic...  
... est...

Lib: iste est de Augia maiore nob gess?